

flamento, si ad pristinam salutem restitueretur, omnes libertate donavit. Quod si decedere eum contingeret, omnes in servitute retineri iussit. Et sic prudenter ministris desiderium salutis suae iniecit, proposita eis libertatis spe, utque in eius curanda valitudine diligentiores essent, causas auxit. Fulgof. lib. 7. c. 8. Georgius Costa Cardinalis Lusitanus vixit annos cxi. Si quando morbo corripiebatur, amplissima dona ministris suis, si convalesceret promittebat, eaque magnifice praestabat. Hac ratione effecit, ut incredibili studio ea, quae ad sanitatem patroni facere possent, familiares omnes procurarent. Garimbert. lib. 5. de Vita Pontificum.

AUCTORITATI, EXISTIMATIONI, HONORI SUO, ALIENOVE PRUDENTER consulere, acquirendo, conservando, asserendo, vindicando.

SAPIENTIAE, ERUDITIONI.

Aristoteles Proconnesius, Philosophus, cum nullam sapientiae opinionem apud suos haberet, eo quod in ea comparanda nullis magistris usus videretur: finxit animum suum relicto corpore in aera sublevari, & per universum orbem vagari usque ad Hyperboreos & Indos, omniumque gentium mores, & Respublicas ex sublimi loco contemplari solitum. Quo commento, accedentibus etiam magicis praestigis, auctoritatem apud suos sibi peperit. Maximus Tyrus 22. sermone.

Pythagoras, quod plus venerationis, & auctoritatis sibi, suisque conciliaret, in dissertationibus dicere solebat, ut ipse ipse, id est, ipse dixit: Deum intelligens; perinde quasi non sua referret, sed ab oraculo quopiam accepta. Ea vox deinde in vulgi abiecti sermonum. Erasmus in Adagii ex Suida.

Heracitus Ephesus librum de Natura edidit, in tres partes divisum, de Universo (Physiologia) de Republica (Ethica) & de Theologia (Metaphysica) illumque in templo Dianae deposuit, adeo obscurum, ut soli eruditi illum intelligere possent: ne si vulgo passim legeretur, contemptui tandem haberetur. Laert. lib. 9.

Menander comicus, cum ob summam doctrinam supra aetatem apud suos invidia laboraret, produxit in theatrum suum pragnantem, eiusque exitum uterum in curipum projecit. Ibi cum procelli ductu naturae agerentur: Athenienses, inquit, viri, si in teneris annis scientiam meam mitamini, istos nate quis docuit? Cynal. Dial. 7. bis. poetarum, ex Prifictis lib. 4. de Physica scientia.

MECHANICAE PERITIAE.

Parrhasius pictor in Lindo Herculem pingebat. Atque ut operi auctoritatem conciliaret, finxit sibi deum in somnis apparuisse, ea specie quam imitari deberet, idque ipsum disticho tabulae inscripsit. Athen. l. 12. c. 21.

Softratus Gnidius, cum Ptolemaeo regi turrem specularem in Pharo Aegypti adificasset, suum nomen in muri lapide incidit, calceque illita, regis nomen superinduxit: forte augurata, ut brevi post tempore decedente lorica, insculptum nomen suum appareret.

Artifices praeter verbo, faciebant, operibus suis inscripto, nondum se supremam manum inposuisse fatebantur: ut scilicet addendi semper, mutandique libertatem sibi reservarent, & vel invidiam, vel reprehensionem emollirent. Plin. in Praefat. hist. nat.

Cum Alexandro Magno dictum esset, Indum quendam, sagitta arcu emissa, singulis ictibus medium anulum petere, ad se accessitum iussit, ut se praesente ageret. Is autem adeo obstitit, ne id agere, se praebuit, ut iratus Alexander morte eum damnaret. Cum ad supplicium duceretur, interrogatus, Quamobrem non sagittasceres? Vereri se, respondit, ne si aberrasset, periret opinionem longo iam tempore partam semel amitteret. Quam rem cum Alexander accepisset, eum periculo liberavit, atque insuper ingentia munera addidit. ex Plut.

VIRTUTI

In Genere.

Lacedaemone sententiam, quam Demosthenes quidam homo libidinofus dixerat idoneam, populus rejecit. Ephori autem forte uni ex senibus ducta iussit, ut eandem illam orationem haberet, velut in vas mundum ex putido transfusam, quod

accepta esset plebi. Adeo magnum habent in Republica probati mores monumentum. Plut. in praecipis Polit. Prudentia.

Consule Titulum Prudentiae in ponendis legibus, item Legislatorum.

Tyrtaeus Atheniensis ludimagister, ex oraculo dux datus ab Atheniensibus bello Messenico, civitate donatus est a Lacedaemoniis. Pausanias Cleombroti interrogatus. Quid ita? Ne, inquit, nobis unquam peregrinus fuisse dux videretur. Caes. lib. 18. c. 3. A. L.

Fortitudini bellicae.

Socii Lacedaemonios accusantibus, Nos magno numero pugnamus, Lacones exiguo: Agefilaus mandavit, ut in planitie scorsim confiderent Lacones, & scorsim in alio loco loci. Illis sic ad iudicium ferendum sedentibus, praeco clamavit, Surgant figuli: surrexerunt a sociorum parte non pauci. Secundo, Fabri ferrarii: surrexerunt multi. Tertio, Fabri lignarii & lapidicidae: surrexerunt plures, & alios quaestuarios, & artifices ordine promulgavit, ita ut prope modum omnes loci confurgerent, Lacedaemoniorum nemo. Veitum enim erat cis, quaestuarium artem exercere. F. Sic didicerunt loci, plures esse Laconum milites quam suorum. Polyenus lib. 2.

Pugna Mantineaensis in aequali momento Thebanis, & Mantineaensis habebatur. Voluerunt Mantineaenses legationem ad Thebanos mittere. Cincas Atheniensis, cujus frater Demetrius occubuerat in praelio, ad Mantineaenses inquit: Se potius fratrem suum expertem sepulchri relicturnum, quam hostibus victoriam proferri velle. Item in fratrem ob eam causam prompto animo mortem oppetivisse, ne trophaeum contra se, atque patriam flaueretur. Mantineaenses igitur a mittenda legatione desisterunt. Ibid.

Clementia.

Q. Gallius Prator accusatus est, quod suadente M. Antonio in mortem Octavii Caesaris conspirasset. Convictus, & dignitate a collegis spoliatus est, & domus a plebe direpta, & iudicantem Senatu, morte damnatus est. Sed Augustus, qui, quo pervenit, aspirabat, ut simul & securitati suae, & humanitatis opinioni consulere, iussit cum duntaxat ad M. Gallium fratrem, qui ab urbe aberat, proficisci, neque ab eo unquam discedere. Verum in itinere curavit, ut ita de composito occideretur, ut de facto, quod ei accidisset, nihil unquam certi asseri posset. P. Erod. ex Appiani lib. 3.

Religionis, Pietati.

Chaldaei deum suum, quem sub specie Ignis colebant, contra omnes alios deos evehere conabantur. Aegyptii ex suggestione Sacerdotis Canopi hydriam fidilem, seu Nili statum ingentem, foraminibus plenam, quae tum cera obturabatur, aqua repleverunt. Chaldaei ignem accendunt: cera liquescit, Hydria fundante, & per foramina destillante aqua, ignis extinguitur est. Suidas in voce Canopus, & Russinus lib. 2. bis. Ecclesiast.

Legum observantia.

In praelio Leutricio cum multi Lacedaemonii terga dedissent, tenerenturque hi legitimis poenis: Ephori, qui exhaustam civibus urbem videbant, quae requirebat milites, volebant illos solvere in famam, & leges conservare. Ita Legislatorem Agefilaum creant. Ille in concionem progressus: Latro ego, inquit, nolo aliarum Legum esse. Neque enim praesentibus quicquam adiciam, vel detrahiam, vel eas corrigam: verum leges praesentes e Republica puro esse, ut ex crastino die H vim suam referant. Plut. in Apoph.

Bello Clodiano, pace ita inter Genuenses, & Venetos, cum Ligures Oratores Venetas venissent, frequenterque Caroli Zeni ades venient, quasi ad civitatis principem: deduxit illos vir prudensissimus ad Rivalcinum pontem, ut aequalitatem, & maiestatem Venetae Reipublicae evidenter argumento illis ostenderet. Convenerat autem cum Rivalcino magistratu, dedita opera, ut obvium ad se suum favellum mitteret: cui pugionem ipse vel invitatus traderet: quem gestare solitus erat, simulque ipsum evocaret ad poenam, quasi supra civem sese gereret, qui ferrum per urbem secum deferret, quod Legem jam pridem prohibebatur. Tradito igitur pugione satelliti, a quo etiam ad magistratum evocabatur, conversus in legatos, ipsos rogare cepit, ut secum proficiscerentur. Quibus perbenigne pollicentibus, recta tendit ad praesides. Qui viso Carolo, gravius, & penes acerbius in illum invehit, propter pugionem ipsum penes se retentum, multam etiam illi gravem indixere. Qui mox a Carolo, legatibus exorati agere concesserunt.

ferunt, ut Carolus tutus domum dimitteretur. Quibus illi revertens, multa in eam sententiam connumeravit, nihil in urbe superesse, in quod non omnes uno ordine conspirarent. Egnatius lib. 7. c. 3.

Forme.

Scribit Cornelius Tacitus, Poppeae Sabinae Neronis conjugis raras fuisse in publicum egressus, idque velata parte oris, ne fatiaret aspectum, vel quia se decebat.

DIGNITATI, ET MAGISTRATUI. Maiestatem Reipublicae, & Imperii tueri.

Rex, quem Aegyptii Cetem, Graeci Proteum appellant, Illaci belli tempore exiit, artium peritus, & in varias se formas vertere solitus, ut nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. Occasio fabulae talis exiit. Aegyptiis mox erat Regibus aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoque vero arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput unguenta: haec tum ad decorem pertinebant, atque ornatum: tum stuporem, ac superstitionem quandam aspicientibus iniiciebant. Diod. lib. 1. c. 5.

Indorum Rex ubi visendum se publice praebet, apparent argenteis thuribus ministri perplures conficiunt. Ier universum, quo vestitur, odoribus vaporatur. Ipse aurea gestatur lectica, margaritis hinc inde propendentibus. Amictus auro interlucet, ac purpura lecticam obumbrant corporis custodes, e ramis cantilanicis aviculis, quas ita de more imbuunt, ut inter seria instrepant cantu. Regiam auratae suffulcunt columnae, auro vice calata obambiente. Inter haec avium, quibus praecipue oblectantur, argentea nent effigies. Regia nulla non hora volentibus patefecit. Ubi capitis curae, ac ornamento incumbit, tunc admittuntur legationes, & redduntur populi iura. Odoribus perflavit lit pedes. Si quando in venationem prodire collibuit, ferre leporatis ocellis inter pellicem vota, & cantus transfixa conficiuntur. Hic illis non contentendus labor. Si longior incumbat exipitio, curru vestantur, quem instrati auro elephantes ducunt, affectantibus agminatum pellicum lecticis. Subsequitur & Regina, sed seorsum, nec minore luxu. Ubi somni tempore appetit, Regem vino gravem, dormitantemque cubiculo inferunt pellices, nocturnum diis patrio ritu advocatis cum cantu. Caelius lib. 18. cap. 2. Antiqu. Lib. 1.

Perfis adoratio erat peculiare bonum: citra hanc non facile ad Regem patebat aditus. Illum quinimum vidisse quandoque, augustissimum confabatur: quoniam is sub maiestatis specie semper se latebat. At magnus Agefilaus Spartanoorum Rex, quod Xenophon scribit, ut semper spectaretur, gaudio exiltebat: cum turpiter agenti tenebras convenire arbitratetur, honesta autem vitae lucem longè plus ornamenti asserre. Ibidem.

Hmenias Thebanus legationem ad Regem Perfarum patriae causa suscepit. Tribunus itaque militum Tithraustes, cuius officium erat, res nunciatas ad Regem deferre, & supplices introducere: O Thebane hospes, dicebat (haec autem ioco loquebatur per interpretem) lex est vernacula Perfis, ut si quis in conspectum Regis veniat, non ante sermonem cum eo conferat, quam genua inclinaverit. Quod si igitur vis ipse cum adire, necesse est, ut, quod lex iubet, peragas. Sin minus, D nos te cogemus, si non adoraveris. Hmenias Agefis igitur inquit, deduc me. Cum in factum Regis ventum esset, annulum, quem gestabat ad digito detrahit, clam abiicit ad Regis pedes: confestimque procumbens, tanquam adoraret, sustulit eum iterum, & honorem quidem adorationis Perfarum Regi praestitit: nil tamen commisit, quod ignominiosum, aut indecorum foret Graecis. Quaequid igitur petit, impetravit, neque quicquam a Perfa ei denegatum est. Aelian. lib. 1. de Var. hisor.

Numidarum Reges plurimum ob singularem prudentiam laudantur, qui more gentis suae nulli mortalium osculum fecerant, quamvis apud ceteros in usu hoc semper fuisset. Nullam mirum aliam ob causam, quam ut docerent, in summo dignitatis gradu constitutos, non nimiam cum infimae sortis hominibus habere consuetudinem oportere. Val. Max. lib. 2. cap. 1. de Insuper. antiq.

Deioces, primus Medorum Rex, a popularibus suis iustitiae L. B. Theatr. vit. Human. Tom. VI.

nomine electus, cum Ecbatana Regum sedem adificasset, neminem ad se ingredi permittebat, sed per inter-nuncios cuncta E transfigebat: neque Regem a quoquam conspicui fas erat, ridentem, aut exspicere coram Rege non licebat. Hac ratione audere, aut exspicere coram Rege non licebat. Hac ratione audere, aut exspicere coram Rege non licebat. Hac ratione audere, aut exspicere coram Rege non licebat. Herodot. lib. 1.

Artaxerxes Perfarum Rex, Legem tulit, ut nemo e domesticis invocatus eum accederet, tantisper dum sederet in regio solio: adhibitis in hoc etiam licitoribus cum ferioribus, ut si quis contra faceret, plecteretur capite. Rex interim virgam tenebat auream, quam quoties aliquem ex invocatis venientibus servare vellet, porrigebat ad eum: sique virga contractu eximebatur periculo. Joseph. lib. 11. cap. 6. Sic Esther Reginae, quae ob gentis suae periculum invocata ad Regem venerat, metusque exanimata concedere, Rex porrecta virga salutem spondidit. Esther. 5.

Pericles Atheniensis, ut maxime popularis esse studeret, auctoritatis tamen, & conciliandae, & conservandae causa raro in publicum prodibat, studiosis tamen, si quando cogere: F & ne convivia quidem ulla publica, privatave adibat, quod hanc consuetudinem plurimum gravitati obesse iudicaret. Plutarch. in eius vita.

Alexander, si in Macedonibus aut etiam Graecis iudicium exerceret, mediocre vulgareque forum praebat: si in inter Barbaros, splendidum & militare, ut etiam fori figura metum Barbaris incuteret. Cum igitur Baetrianis, & Hyrcanis, atque Indis iudicia daret, tabernaculum amplitudine tantum erat, ut centum mensas posset capere. Id fulcitur auris columnis quinquaginta. Caeli auto obducti, parvis primò quinquaginta rati supremum locum tegebant. Vixit primò quinquaginta melophori, circum tabernaculum intus stabant, purpureis, melisque vestibus induti. Post hos melophoros pari numero jaculatores, qui vestibus variabant, nam alii flammis stabant Macedones argentea scuta tenentes, quinquaginta immmani magnitudine viri. In Medio tabernaculo aureus thronus positus erat, in quo residens jus dicebat. Utrumque latus Regis iudicantis satellites cingebant. In circuitu G tabernaculi dispersum hinc inde elephantorum agmen affabatur, & Macedones mille, stolis Macedonicis induti. Post hos quingenti Susii purpurati: post quos circumcirca ambabant undique Persae, decem Perfarum millia, pulcherrimi, maximeque, ornati omni habitu Persico, omnes acinacibus praediti. Eiusmodi fuit Alexandri curia inter Barbaros. Polyen. lib. 4.

Solon dicitur Legibus scribendis implicationibus, & multum contortis vim amplificasse sublelliorum. Cum enim decidi per Leges non possent lites, evenit, ut nunquam non opus haberet iudicibus, ad quos sicut Legum quodammodo dominos controversias omnes deferrent. Plut. in Solone.

Sertorius per asperos Lusitania colles cervam albam trahebat. Ab ea se, quam aut agenda, aut vitanda essent, admoneri dicebant, divinitatis opinione apud Barbaros auctoritatem sibi conciliavit. Val. Max. l. 1. c. 3. Exempla.

Tiberius Caesar, vivente Augusto, Rhodum fecisset. De facto quidem constat: de causis ambigitur. Alii impudice, & procaecis uxoris Juliae radio, cuius mores nec ferre postea, nec H corrigere: alii, ut Imperatoris filius iam adultus cederet, & omni se invidia, ac suspitione liberaret: alii autem, ut raritate venerationem sui plus aleret, & Reipublicae desiderium per absentiam augetet, semperque familiaritatis nimiae comitem contemptum removeret. Suet.

Cn. Pompeius multitudinem declinabat, & devitabat forum: paucis autem, & agere petentibus advocatum se praebat, quo favorem haberet vegetiorem, ubi pro se ageret. Plut. in Cresso.

Venetici cruceam auream pileo duicali (quem Cornu vocant) in fronte affigi curarunt, quando Laurentio Celso duci parer eius aperto capite occurrere noluit, quod turpe putaret, se patrem filio submittere: et in postero non perfonae, sed cruci aureae honorem exhibere nemo dubitaret. Egnatius lib. 9. cap. 5.

Matthaeus Cardinalis Sedunensis, qui Maximilianum Ddd 4 Impe-



fuerant, corporibus miserabili modo truncis, in contemptum venire. Aliis pes alter deerat, aliis manus, quidam oculi eruti, nonnullis, aut aures, aut nares præcisæ, inscriptaque corpora figuris literarum, quibus Perse utebantur. Magna ibi misericordia, & comploratio orta, ubi voce agniti, forma ob acceptam cladem humanæ dissimilis. Rex eos consolatus iussit bene sperare, fore ut omnes in Græciam revertentur, viatico, & vectura adiuti. Illi haud ignari, nullam tam aptam infelicibus patriam esse, quam solitudinem, & malorum oblivionem: illud quoque animo volutantes, celeriter lacrymas in aliena calamitate exaretere, nec fideliter diligiquenquam ab eo, cui fastidium sit, esse non deeran, qui patriæ desiderio tenerentur, plures cõ inclinatunt, ut ab Alexandro locum peterent, ubi procul à conspectu Græciæ miserabilem illam corporum calamitatem velut in occulto haberent: Jam Macedo iusserat mille denarium, & jumentum singulis assignari, ut domum abirent, cum interim ad illius pedes suppliciter jacere, nullam præ pudore vocem emittere ausi. Quorum consilium ubi rex exploratum habuit, assignato illis agro, quom colerent, terna millia denariorum singulis, & binas vestes dedit, addita his armenta cum pecoribus, & frumento, ut colli, serique posset attributus ager. *Sabbell. lib. 5. Enn. 4.*

**Fortuitorum. Qualis est Ignobilitas. Obscuritatem familiæ regere, excusare prædenter.**  
Amasis, Ægypti rex, ignobili ortus loco, ut populum ad se colendum induceret, vala aurea ex iis, quibus abutuntur Ægyptii, in statuum numinis consilii iussit. Quam cum illi ut rem divinam adorarent, & se quoque ante principatum vas fuisse ignobile dixit, nunc verò adempto Imperio divinitus, regis honoribus dignum fore. *Herod.*

Themistocles ad tegendam natalium obscuritatem, auctor fuit ingenuis adolescentibus, ut etiam in Cynofarges, ubi spurii tantumangebantur, exercere se non erubescerent. *Plut. in eius vita.*

Pop. Romanus olim impigre se laboribus, & periculis militiæ offerendo, dabat operam, ne Imperatoribus capite censos sacramento rogare esset necesse, quorum nimia inopia suspecta erat, ideoque his publica arma non committabantur. Sed hanc diutina usurpatione firmatam consuetudinem C. Marius capite censum legendo militem abrupit: civis alioqui magnificus, sed novitatis suæ conscientia, vestituti non sanè propitius: memorque, si militarem ignavia humilitatem spernere perseveraret, se à maligno virtutum interprete velut capite censum Imperatorem compellari posse. Itaque fastidiosum delectus genus in exercitijs Romanis obliterandum dixit, ne talis notæ contagio ad ipsius quoque gloriæ fuggillationem penetraret. *Val. Max. l. 2. c. 1.*

**Locus parum honorificus.**  
Damonidas locatus ab eo, qui chorum ducebat, novissimo loco: Rectè sanè inquit, commentus est, quemadmodum hic quoque evadat honorificus. *Plut. in Apoph.*

**Dejecto à dignitate.**  
Lucius Malveticus Bononiensis, prævidens fore, ut sibi Imperium Veneti exercitio abrogaretur, literas ad Patres dedit: senem se factum, minusque jam ad belli munera, & labores obcondos idoneum, quam antea fuerit: itaque cupere artem desinere, si per eos liceat, atque ad requiem se, vitamque reliquam dare, petere, ut liceat. Quam quidem D eius petitionem Patres opportune oblatam libenter acceperunt, honorificoque responso missum eum fecerunt. *Bembus hist. Ven. l. 11.*

**Sepulchra ignominia.**  
Alexander Philippi, & Olympiads filius, cum Babylone animam egisset, dum ejus præfecti de regno contenderent, tringinta diebus inhumatus, carensque sepulchro relictus fuit: donec Aristander Telmiffensis vates in medios Macedones irruir, & ad eos locutus: Omnes, inquit, omnium sæculorum reges Alexandrum felicitate superasse, tam vivum quam mortuum. Etenim deos immortales sibi notum fecisse, in quacunque terra requiem ipsius corpus primitum esset habiturum, eam felicitate abundantem, & ab omni hostili vastatione in perpetuum liberam fore. Hæc cum audivissent, pro se quisque summo studio, diligentique annuebantur, ut in suum regnum singuli transferrent, & thesaurum possiderent, quasi obsequium firmitudinis Imperii, & immobilitatis. *Ælianus lib. 14. Var. hist.*

**Uxor. Filiorum impudicitia.**  
In maledictis Aniphotis relatum est, puerum adhuc Alcibiadem domo profugisse ad unum ex amatoribus suis Democratem. Cum Ariphon pater proclamare eum consilivisset, Periclem id impedivisse, ac dixisse: Si fato sanctus est, uno die propter præconium invenietur citius: sin est fœpes, reliqua vita ejus erit infamis. *Plut. in Alcibiade.*

Cum uxor Domitiani Imperatoris cum Paride saltatore adulterium commisisset: Domitianus animo incertus, uxorem lege Julia condemnare, an factum esset, ut ei adulteram retinuisse non posset imputari: an verò etiam propter adulterium repudiasset, incertum haberetur (quam rationem, & antea Philippus pater Alexandri Magni in causa Olympiads servaverat) Paridem autem quasi ab alio, & ob aliam causam, curavit interfici. *Xiphilin. in Domitiano, & Justin. l. 7. c. 9.*

Fuit olim Valentis Hispanus nobilis, Carrosus nomine, qui uxorem habebat castam quidem illam, sed parum secundam fama. Hanc amice, & propinque sæpe apud maritum criminabantur: Is à primo rem non neglexit: sed cum liquido comperisset, vanis illis suspitionibus agitari, nec finem tamen calumniandi faceret, & rogavi eum quasi jure tuo, ut in eam graviter animadverteret: ille uxoris pudicitiam defendens, exproxit, quæ sibi essent competita, atque explorata. Quorumque illorum aures purgationis videret obstructas, empto equo generosi semini, rogavi illos, ut una secum extra urbem proderent, ad faciendum periculum in deursorio, quod est inter regiam, & divæ Trinitatis. Ibi cum spaciū illud ter, aut quater cursum equi confecisset, cæteris attentè spectantibus, rogavit. Equis est equus videretur; Alis eum in totum probantibus, alis in eo non nihil requirentibus, ferrum quod ad sinistram gestabat, distinxit: Per Christum, inquit, & divos omnes juro, me cum consorsurum, quisquis, vel equum meum, vel uxorem meam accusetur. Ita omnes in præcis cohibuit. Mox re paulatim patefacta, & innocentia uxoris omnibus approbata, habitus est vir magni cordis, & animi. *Lad. Vires de Offic. mariti.*

**VICTORIÆ PRUDENTER CONSULERE.**

**Hic in genere de Consiliis ad victoriam pertinentibus, isque politiciæ potius quam bellicis. Ex loco Stratagematum cætesensia petenda.**

Selotris Ægyptiorum rex, orbi Imperium animo concipiens, quò facilius optata perficeret, sibi omnium Ægyptiorum benevolentiam conciliavit: ut & milites pro duobus suis ad oppetendam mortem promptiores redderet, & qui in patria reliqui essent, novis rebus absincerent. Omnes benevolentis affectu. Hos donavit pecuniis alios agris, nonnullis remissione peena, singulos oratione, & humanitate devinxit. Omnes, qui in regem deliquerant, dimisit impunitos. Ob æs alienum vincetos (magna hæc multitudo erat) solvit, Ægyptum omnem in sex, & triginta præfecturas divisit, & cunctis prætores, qui & tributa regia exigere, & pro regionis varietate, commodoque omnia exquirere, præfecit. Ex robusto milite exercitum elegit, quò animi consilia perficeret. Fuere pedestres copie millia hominum sexcenta, equitum millia quatuor, & viginti. Currus bello apri octo millia, & viginti. Deinde varios duces ex iis, qui una secum nutriti erant, exercitui præposuit, viros exercitatos bello, & à pueris virtuti deditos. Hi erant numero amplius mille septingenti, fraterna omnes, mutuaque erga regem benevolentia. Quibus distribuit agros fertiles, ut rebus necessariis sulti, nullaque ducti inopia, liberius militia vacarent. *Diod. l. 1. c. 4.*

Solon victoriæ adversus Cirrhaos in Apollinem impios obtinendæ causa, agrum Cirrhaum ex Delphici oraculi monitu Apollini consecravit. *Pausan. in Phœciis.*

Postquam petiit Græciam Medus, consultantibus de Imperatore Atheniensibus, fama est, cæteros periculi magnitudine deterritos, ultra petitionem Imperii abiecit: Epicudem verò Euphemidis ultro petitionem Imperii obsecravit, hominem disertum quidem, sed animo imbellem, & vanae, competitorum Imperii Themistocli fuisse, & omnium opinione obtenturum iustitiam. Themistoclem proude veritatem, non omnia pessum irent, si esset prator iste designatus, ut abstinere à petenda, nummis ab Epicude redemisset. *Plut. in Themistocle.*

Idem ad bellum Corcyreum gerendum prætor à populo factus, non solum præsentis bello, sed etiam reliquo tempore, ferociorem

rociosem reddidit civitatem. Nam cum pecunia publica, quæ ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis iniret: ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium edificaretur. Quæ celeriter effecta, primum Corcyros fregit: deinde Maritimos prædones confectando, mare tutum reddidit. In quo tum divitiis ornavit, tum perissimos belli navalis fecit Athenienses. Id quantæ salutis fuerit universæ Græciæ, bello cognitum est Periclo. *Probus in Themistocle.*

Lysander, Athenas excindere volentibus Lacedæmoniis, & sociis, diffusit. Thebanorum enim urbem in propinquo sitam, validiores, & majores contra ipsos vires collecturam. Sin per tyrannos Athenas in officio contineret, ex propinquo posse curam gerere Thebanorum. *Polyanus lib. 1.*

Memoranda est Epaminonda Thebani confidentia, qui à civibus suis adversus Lacedæmonios in Peloponnesum missus, quamquam sciret apud Thebanos capitale esse, prætura præfixo tempore non cedere: tamen perspicens eo bello Thebanos superatum iri, si finito præture tempore expeditio alii demandaretur: prætoriorum facinororum suorum conscientia fretus, collegis persuasit, ut adhuc quadrimestre tempus in Imperio perseverarent. Quo tempore bello Lacedæmonios devicit. Thebas reversus, & in iudicium vocatus, non negavit legem se transgressum esse, mortemque mereri: illud solum petebat, ut tumulo inscriberent, Epaminondam morte multatum esse, quia Thebanos apud Leuctram superare Spartiatis docuisset, quorum ora antea tempus Thebanus nullus inspicere ausus erat. Itaque votis omnium liberatus est. *Plutarch. in eius vita.*

Idem post Leuctricam victoriam Arcadibus auctor fuit, ut parvis oppidis, quæ facile, cum sine munitionibus essent, expugnari poterant, delectis, in urbem unam, quæ est ab eo condita, & Megalopolis appellata, congregarentur. *Pausanias in Bœoticiis.*

Reipub. Achæorum conciliavit princeps Philopœmenes dignitatem, & potentiam: qui abjectam, & oppidatim divulsam coegit, dignamque Græciæ reddidit, atque elegantem. Ac sicut in aqua, ubi pauca corpora, & minuta coeperunt subsidere, quæ exinde affluunt impacta primis, & aggregata, compagem mutuam efficiunt firmam, & solidam: ita cum languida & tempestata Græciæ opprimi oppidatim posset facile, primi conspiraverunt Achæi, circumjectaque urbes partim submitteudas ad expellendos tyrannos auxilium recipientes, partim concordia, & bona disciplina sibi accipientes, Peloponnesum in unum corpus coegere, & in unas intinebant vires. *Plut. in Philopœmene.*

Sforcia Magnus dicere solebat, Nihil commodius, ac utilius videri, quam tribus propositis hostibus, cum primo pacem pacifici, cum altero autem inducias parare, ut in tertium maxime expedita, & graviora arma verterentur. Idque suo exemplo egregie ostendit. Multos inimicos connubis, & asfinitate sibi conciliavit, quorum auxilio reliquos opprimeret. *Jovius in eius vita.*

**MAGISTRATUM, IMPERIO, REGNO PRUDENTER CONSULERE.**

**ASSUMENDO, ELIGENDO.**  
Huc etiam pertinet Electio magistratum, quantum singulari sit prudentia.

Pipinus Childerici regis curam suscepit, magna que sub ejus nomine gessit. Sunt qui dicunt Francoorum proceres Zachariam Papam consuluisse, Ineptum regem ultra tolerarent, an Pipinum regis dignitate dignum assumerent? Cuiusque respondisset Pontificis, Eum, qui totius melius obiret munera, præferendum: Franco publico totius regis consilio Pipinum regem declarasse, Childerico in clericum attonso. *Blondi Epistome.*

Quæ Fabius filium suum in domum eligi cupiens, ipse jam atate confectus, contendebat à Romanis, ne Imperium ei traderent, ne in extrema senectute cum regno, ne Imperium cum proficisci cogere. Illi rem civitatis melius habituram arbitrati, si hic præfens omnibus rebus interseret, adolescentem imperatorem declaraverunt. At Fabius non vna profectus est, ne imperatoris dignitatis splendorem filio detraxeret. *Polyanus lib. 8.*

Michael Zilagius Ungarus, mortuo rege Ladislao, indicto conventu, Mathiam Corvinum ex sorore nepotem regem declaraturus, cum quosdam procerum, qui perennes Corvinis fuerant hostes, difficulter in suam sententiam adduci posse vi-

deret: in campo Racion, ubi ad eligendum regem coeunt, edicto suo comitiorum libertatem promulgavit: & quando complures in comitiis dies jam acti erant, furcas, laniamque mensam proposuit, omnibus iis, qui Mathiæ suffragia reddere recusarent, præsentaneam mortem interminatus. Quo quidem tetro spectaculo non parum adversarii confertati, extinctam suffragiorum libertatem quamvis ægrè ferrent, queritamen haudquaquam audebant: ne mox audire, ac pati cogere, quæ multo graviora forent. Cum rogati essent proceres in campo dicere sententiam, Michael, qui conventum universum instructa acie circumvenerat, in medium prodit, ac Reip. salute proposita, omniumque injuriarum oblivione, in suam traduxit adversarios sententiam. Itaque sequenti die in senatu procerum communi consensu Mathias rex declaratur, nondum xvii. annum natus, eique Michael gubernator in quinquennium adjungitur. *Bonfinius l. 9. Dec. 3.*

Abyssini, qui annos dcc. Imperium totius Africæ maximum tenent, reges ab una, & eadem gente semper quæserunt: ac ne gens aliquando deficiat, neve plures imperandi cupiditate populum in varias partes distrahant, ut apud Turcas, & Persas sæpe contingit, uti paricidiis se pollutant: gentiles regis (quos Israelitarum filios vocant) simul educantur, in arce fortissima in excelso monte Anga, ut Alvarethus tradit, quæ F nisi per abrupta, & angustissima loca perveniri non potest, ea que validissimo præsidio munitur. Mortuo rege non proximus agnatus, sed qui magis idoneus optimatus, & custodibus videtur, eligi consuevit: qui mos etiam apud Danos, & Svetos, & Hungaros inolevit, ut ex pluribus liberis arbitratu tuo quemvis cooptent. Hunc igitur Abyssini educentes ex arce, veluti deum aliquem caelo delapsum maximis honoribus, & obsequiis prosequuntur. Ac tametsi provincie quinquaginta unius imperio gubernantur, nullæ tamen sunt urbes mœnibus septæ, nullæ arces: ne vel propugnaculis potius quam populi benevolentia confidere, vel seditionis rebellandi occasionem præbere videatur.

Honorius III. electus est Perusii, cum Cardinales inclusi subtractione ciborum cogere non honestissima vi, ad accelerandam electionem. Sic etiam Joannes XXII. Lugduni post longam viginti trium Cardinalium contentione, creatus est Pontifex, cum duobus annis sedes vacasset: & nisi Pictaviensis Comes, frater regis, inclusos Cardinales coarctasset, diutius sedes vacasset. *Cranz. l. 9. de Metrop. c. 1.*

Petro Aragonum rege mortuo, fuit inter Aragonenses dissensio. Quia cum Ranimirus, Petri frater, esset monachus, G & sacerdos, neque posset bella exercere, nec uxorem ducere: Petrum Tarasiz volebant Regi mortuo subrogare. Sed consilium istud Petrus Titonius pro sua erga stirpem regiam fide impedivit. Nam cum apud Boriæm Aragonensium consilium esset indictum, ut Petrum Tarasiz, qui spe magna spiritum regios jam alebat, eligerent, & ex Navarra aliqui magnatum advenissent, quos Aragonenses minus amice exceperant, Petrus Titonius eos humanissime excepit: cumque sciret Petrum Tarasiz balneis uti, magnates duxit ad Petrum. Qui cum à janitoribus non admitterentur, indignantes abierunt, & peracto prandio cum Petro Titonius, mutato proposito, recesserunt. Cuiusque in Montione iterum convenissent, Ranimirus monachum fratri mortuo subrogavit. *Rodericus Toller. l. 6. verum Hisp. c. 2.*

Ferdinandus, mortuo fratre rege Hispania, & superflite in cunis filio, cum proceres ad eum dederent regni titulum, atque nomen, mira pietate puero providit. Convocatis enim proceribus, cum seipsum regem nominaturus videretur, puerum repente in medio consessu procerum exultit: En regem vestrum exclamans: hunc colamus, & observemus: simulque adeo debitum honorem ei exhibens, proceres suum H exemplum sequi, & fidem suam puero adstringere fecit. Dignus hoc ipsum, qui post Aragonum, & Catalaniæ regna felicitate acquisierit, & propagavit. *Pontanus lib. 2. de Magnanimitate.*

**COMPARANDO.**  
Consule Tit. Astus in acquirendo regno, est enim perdifficile in quibusdam Prudentiam ab Astutia discernere, eamque ob causam est non sum, ut ipsa videntur tamen esse eadem utriusque exempla.

David Judæorum rex, cum in animo haberet regnum Salomoni per manus tradere, quia apparebat in tanto filiorum gente non defuturos, qui iniquo animo latere essent, minorem natu fratrem sibi prælatum iri, ad omnem domesticæ discordiæ materiam è medio tollendam, non multo prius, quam vita sit defunctus, regis appellatione in cum translata, populo regem salutari.

salutandum obtulit. Nam cum Adonias in seio Davide patre A scie regem fecisset, Nathan propheta: consilio Bethabe pro filio Salomone apud Davidem, intercessit. Is statim Salomone non contentus, filios quoque suos Constantino praeulit. Constantinus clam filios contra patrem instigavit. Itaque Lacapeno a Stephano filio Imperio abrogatur, rursusque in monasterium includitur. Mox obortis inter fratres similitudibus, mutuis odiis, Imperio dejecti fuerunt. Cedrenus.

Hieronymo Riaro Foroliviensium praefecto, ob tyrannidem occupatam a Francisco Urlo cive nobilissimo interfecto: Catharina Hieronymi uxor cum liberis custodia tradita, furenti multitudini subtrahitur, ut per eam recipi arcem liceret, valido militum praesidio occupatam, negabant se arcem tradituros, ni sibi ab ea imperatum esset. Id illa se facturam recepit, si sibi in arcem ingredi, & cum militibus colloqui liceret; liberis obsequio loco relicto. Qua re impetrata, jam e tuto loco conjuratos compellendo, arma ponere jubet, & nisi pareant, gravissima supplicia illis denunciat. Conjurati expectatione sua frustrati, se liberos ex cruciatos in ejus conspectu interfecturos minabantur. At illa, ut sibi liberos haberent, respondit sibi a natura ita profectum esse, ut amissorum liberorum jacturam facille refaceret. Interea Ludovicus Sforcia Mediolanensem principis patris illi auxilia misit. Conjurati relicta urbe se in Tiferentes receperunt. Catharina amissum viri morte principatum consilio, & audacia recuperavit. Brutus l. 8. lib. 1. Flor.

Cum Moyses in desertis ad montem Sina populo jus redderet sedens, eique populus a mane ad vesperam afflaret: Iethro focer ejus, Madianitarum Pontifex, qui ad Moysen officium caussa venerat, cum monuit, ut cum solus tot negotiis sufficere non posset, eligeret ex omni populo viros fortes, pios, fideles, avaritiae inimicos, quos tribunos faceret, centuriones, decuriones, qui populo jus dicerent: res graviores ad Moysen deferrent, qui Dei oraculis tantum vacaret. Socii consilium secutus Moyses est, cumque in patriam dimisit. Exod. 18.

Cum Aaroni sacerdotium tumultuose a populo abrogaretur, ut motus ille saevientis multitudinis, qui in horas gliscibat, cohiberetur, nec frater temere spoliaretur sacerdotio. Moyses disquisitionem rei non ad multitudinis studium, cuius proprium est nihil sapere, sed ad numinis voluntatem relegavit. Cujus asseculat dignitas est fratri stabilita, & competitorum G impietas graviter est vindicata.

Semiramis, defuncto Nino marito Assyriorum rege, cum sub muliebri Imperio tot ferocissimas gentes diutius quieturas haud crederet: filio autem Nino summam rei tradere, qui se sibi quidem per aetatem saperet, parum tutum arbitraretur: inditum ad id tempus facinus commenta est: filium pro matre affimulat, ipsa filii personam mentita, adolecentem agit. Erant amborum lineamenta tam indidreata statura, ad haec, & vocis sonus, ceteraque ita sibi respondentia, ut celato sexu nullum esset inter matrem, & filium discrimen. Ulmas igitur Semiramis, ac caeterum corpus novo occultis amictu, exornatque caput tiara, proposito edicto, ut eodem vestium cultu (neque inde suspicio oriretur) vulgo Assyrii uterentur. Sab. l. 1. En. 1.

Ninus Assyriorum rex, ad securitatem Imperii, ut a subditis timeretur, annuatim certum militum indicebat numerum, ac eorum duces singulis provinciis imperabat. Exercitus cum extra urbem convenisset, duces cuique nationi prudentissimum eorum, qui secum erant, constituebat. Acto non copias remissio domum priori milite, rursus a provinciis petebat. Quo fiebat, ut & subditi promptius imperata facerent, cum semper H dte alienaretur, una in primis cura haberet Venetorum animis: eratque nonnulli res in curia agitata, ut regina Venetias accerseretur. Detulit ad id negotium obundum ultro suam principem, & patribus operam Georgius Cornelius, reginae frater. Qui mari paratam thaliburnica in Dalmatiam navi delata, inde cum Francisco Priulo praefecto classis, & aliquot tritremibus, Ionium mare, Creticum, Caepathium, & Pamphylium demum cernens, cum paucis insulam advagavit. Ducentis circiter millibus passuum tota classe, & classis praefecto post se relicto citra omnem insulanorum motum, regnum nihil invitum, nihil resistens, simulata agritudine, in tritremem ad se visendum illecebam, secum Venetias advexit. Ea mortua, mortuo item posthumo, Cyprus Venetis cessit. Sab. l. 8. En. 10.

Jacobus Cypri rex, nothos, Catharinam Corneliham Venetam, a Senatu Veneto adoptione receptam, moriens gravidam reliquerat, regnumque cum posthumo heredem. Prole extincta, ne insula nobilissima fraude aliqua externa, domesticatimor militum sub dio agendum immineret, & si qui forte deesset, timore poena quamprimum dicto parentes essent. Annuum vero militum mutationem ad id conferre existimavit, ut parva temporis consuetudine nulla inter eos amicitia contraeque duces, neque ceteri adversus regem conspirarent. Diutina enim militia tum milites robustiores, tum duces prudentiores solet efficere: quae res saepius magnas facultates ad defendendum a principibus praebuit. Ipse reclusus in regia, conspectum hominum consulo vitabat. Vita enim principis exterioribus ignota, voluptates eorum occultas reddidit, & tanquam invisibilem Deum ne verbo quidem quis blasphemare principem praetere auderet. Diad. l. 2. c. 6.

Postquam Cyrus devicto Artaxage avo regnum Medorum a Persas transfudit, Artembares Persa (cujus postea filius Artaxates sub Xerxe praetor Cherfonech Thraciae fuit) suadebat popularibus suis, ut ex Perside, regione angusta, & aspera, in fertiliore

ob elegantem formam, eximiamque prudentiam Tanauquils regina liberaliter penes se habuit, puerum ex ea natum indulgenter alere instituit, cui patris aetate nomen indidit. Accidit, ut mediis crepundis dormientis pueri visum sit caput ardere, donec flamma cum fomno remittente, intersponte est sua exstinctus. Tanauquils regi prodigium interpretatur, puerum hunc, dubius rebus domi aethera praedictum aliquando futurum. Caeptus est puer jam inde regio cultu educari: & ubi per aetatem adolevit, filiam Tarquinis in ultro despondit. Angere id duos Anci Martii filios, qui futurum videbant, ut Servius ex fera natus, regnum occuparet. Itaque submissis percussoribus Tarquinium obruncari curant. Tanauquils clausa regia, vivere regem simulat, & Servio parendum asserit. Servius, cum trabea, & lictoribus in publicum processit, regiaeque sedens sella, per speciem alterius vicis fungenda, suas opes firmavit. Tum demum morte regis palam facta firmo praesidio munitis, primus omnium iniqui populi, voluntate patrum, regnavit. Mox populum quoque largitionibus delinitum, ut frequentibus comitis se regem declararet, impulit. Sab. l. 4. En. 5. En. 2.

Octavius lororis Caesaris nepos erat, quem tabulis filium, & heredem nuncupaverat. Is Apollonia, cum Caesar esset interfectus, vacabat literis, atque illum expeditionem in Parthos molientem opprobriabatur. Simulataque accepti illius necem, contulit se Romam: atque ad favoris popularis conciliandi auspicio, sumpto Caesaris nomine, pecuniam legata in cives distributa, M. Antonium oppressit, & multos Caesaris veteranos largitione decuravit, contraxitque. Plut. in Bruto.

Mors Claudii Caesaris celata est, donec circa successorem Neronem omnia ordinarentur. Itaque & quasi pro aegro adhuc vota suscepta sunt, & induti per simulationem coneci, qui velut desidentem oblectarent. Suet.

Medicea familia potentia in Repub. Florentina per plebis, & optimatum intestine diffidia crevit. Primus Sylvester Medices, popularis homo, & factiosus, Vexillifer (qui summus erat dignitatis gradus) creatus, deserta causa optimatum, plebisque suscepto patrocinio, ejus meriti ergo equestri dignitate cohonestatus fuit a populo. Cum autem de aequandis ordinibus, ac plebis hominibus ad honores admittendis referret, magnopere oblitentibus optimatibus, simulavit in comitio se magistratum depositurum, quem ex Reip. utilitate propter nobilitatem factionem gerere non liceret. Ea re accensus populus, vindicem, & assertorem cum communis libertatis clamans, regem vi petulit: & mox armata manu ades sacras, nobilitatemque ipsam, quoniam ararium explevit, anno 1378. Sed non multo post plebis homines potentia sua, & imperanter, & imprudenter usi, in ordinem demum redacti sunt. Interea Joannes Medices, Bitii F. homo locupletiss. magnifque virtutibus instructus, in conciliandis cum populo optimatibus assiduus, plebis favorem, & largitionibus captivus, & legis, quae ex centu tributa exigi praecipiebat, cum ante eam diem ex capitulo recessione conficerentur, perferenda, frementes, atque adversante nobilitate, auditor exiit. Caeterum cum circa annum 1422. bello civitatem implicare omni ratione studeret, qua sola ratione in summa gratia inopia suis opibus sibi ad summum dignitatis gradum viam facturus videbatur, inter has cogitationes morbo perit. Cosimo, & Juliano liberis relicto, Cosinus patrem amulatus, dominandi cupiditate egregie diffimulavit: sic ut nepes suos privatis civibus collocaret, & adificiis non civium modo, sed & exterorum commendationem caperet, doctosque homines semper fovet, quibus ceu aulae se illustriorem redderet, suaque viae illorum, splendore oblineret. Auditor igitur fuit belli Lucensis suscipiendi: ejusque ducendi causa, cum Philippo Mediolanensium duce egerit, ut Lucensibus auxilia mitteret, ne bellum brevi conficeretur. Quo tandem post ingentem cladem, & ignominiam Reip. composito, Cosinus tante calamitatis auditor, in exilium pulsus, sed mox a flucta plebe revocatus, vires, opeque recepit, adversarios in exilium eiecit, mutique specie largitiones suas tenuit, quibus populum ita sibi obstrictum tenuit, ut pauci ois mortuo sint reperi, qui non in illius nominibus essent. Nam cum res alienum grande Respub. comitaxisset, neque alia ratione illud dissolvere liceret, publica vendigalia, & portoria omnia Cosimo addidit. Hac ratione tantum Cosini opibus accessit, quantum Respub. deceffit, cum ex illius nutu omnia gererentur. Potestate enim regia erat, cum interim vestitu, comitatu, nihil a privato cive differret, cuius Francisco Siorcia principatum Mediolanensem pepenit, cuius opibus se, suoque aliquando sustentari posse confidebat. De-

cessit

cessit an. 1464. relicto Petro filio. Qui cum grandae alienum patris dissolvere vellet, a nominibus credita exigens, grave odium populi incurrit. Ea occasione arrepta, inimicis contra eum conjuratum, & si celeritate aut essent, facile imparatum Petrum obruissent. At dum malo suo fortem de die in diem trahunt: Petrus Sforcianis instructus auxiliis, praesidiis comparatis arma de manibus extorcit, quam Hercules Estensis is opem ferret. Ergo inimicis superit, Decemviro regiae potestate de sua factione creati curavit, quibus constituenda Reip. deus est negotium. Nullo non genere crudelitatis in conjuratos levatum: quorum optimi quosque solum exilio verterunt, & Venetorum simul, atque Pontificis Pauli II. armis reditum in patriam frustra quaesiverunt. Medicum partes Galeacio Sforcia Mediolanensi, & Ferdinando Aragonio ventibus, decessit ex arthritide, relicto Laurentio, & Juliano filiis. Laurentius praeter relictas a patre opes omni virtutum genere instructus, Thomae Soderini opera reconciliatis civium animis, Reip. administrationem suscepit: Salvatorum, & Patritiorum conjuratione interfecto Juliano fratre, incredibili populi studio conjuratus ad unum necatis, non modo principi in civitate locum retinuit, sed etiam, qua si unius eade numine pivato, aris alieni ingentis, quo solo per se Medicum potentia collapsura brevi videbatur, ex publica pecunia distolventi consensu omnium occasione habuit. Quo ipso Medicum opes plane fuerunt confirmatae. At Xyritus IV. Pontifex, & Ferdinandus Aragonis, quod per insidias non poterunt, aperta vi tentarunt, Laurentium de gradu deiecerunt. Pontifex diris Florentinus devovit, praesidi causa certum numerum militum Laurentio concesserunt (cum prius absque satellitibus ingrederetur) contra searios a pontifice clam immisissos. Bello non satis prospero administrato, Laurentius a Ferdinando pacem impetra vit. Stabilienda potentia causa filiam suam Franciscio Cibo Genuensi despondit. Mercatam ad vitam usque finem per suos excurit, ad sumptus, quos plane regio faciebat, sublevandos. Pace totius Italia parta decessit, anno Innocentio octavo. Eius filius Petrus fortuna non virtutis patrem haeres, cum regnum minime obscuro in libera civitate exerceat, magno id quidem Reip. incommodo, sed suo exitio, & ruina amittit. Quod vix tandem ejus liberi, aris Caesaris Caroli V. & Pontificis recuperarunt. Joan. Michael Brutus de Repub. Flor.

Selimus Bajazetis II. Turc. Imper. filius, patris grandaavo successurus praetoribus majoribus, arma impia in patrem commovit. Ab eo tamen proligatus, ne cum quidem spem regni abiiciendam putavit, tantum fiducia, seu animi magnitudo ei addebat, suae quia exploratum haberet patrum exercitum in se magis quam in Achimathem inclinare. Quom quidem spem vel maxime confirmavit, postquam intellexit, praetorianos neque orationis lenocinio, neque ulla largitione posse induci, uti Archimathem, vivo parente, regnum intire paterentur. Et ne occasione sua deesset, tres raris magnitudinis naves frumentum a Taurica Cherfonecho Constantinopolim misit, ubi audivit urbem annonae caritate laborare, dato suis mandato, uti praetorianis, praesertim gregariis militibus, triticum minimo pretio venderent: quo facto nec patri gratuitis largitionibus suspensum se praebuit, nec illi decessit, unde stipendium militibus suis, & caetera necessaria suppeditaret. Qua profecto benignitate adeo praetorianorum voluntatem promeritus est, ut eum omnes ferè Imperio dignissimum pro palam praedicare non dubitarent. Lud. Tubevo l. 9. Comment.

Jacobus Cypri rex, nothos, Catharinam Corneliham Venetam, a Senatu Veneto adoptione receptam, moriens gravidam reliquerat, regnumque cum posthumo heredem. Prole extincta, ne insula nobilissima fraude aliqua externa, domesticatimor militum sub dio agendum immineret, & si qui forte deesset, timore poena quamprimum dicto parentes essent. Annuum vero militum mutationem ad id conferre existimavit, ut parva temporis consuetudine nulla inter eos amicitia contraeque duces, neque ceteri adversus regem conspirarent. Diutina enim militia tum milites robustiores, tum duces prudentiores solet efficere: quae res saepius magnas facultates ad defendendum a principibus praebuit. Ipse reclusus in regia, conspectum hominum consulo vitabat. Vita enim principis exterioribus ignota, voluptates eorum occultas reddidit, & tanquam invisibilem Deum ne verbo quidem quis blasphemare principem praetere auderet. Diad. l. 2. c. 6.

Postquam Cyrus devicto Artaxage avo regnum Medorum a Persas transfudit, Artembares Persa (cujus postea filius Artaxates sub Xerxe praetor Cherfonech Thraciae fuit) suadebat popularibus suis, ut ex Perside, regione angusta, & aspera, in fertiliore

Constantinus Imp. Leonis F. admodum puer amisit patrem, Datus est illi Romanus Lacapenus, veluti tutor. Is secundo loco non contentus, filios quoque suos Constantino praeulit. Constantinus clam filios contra patrem instigavit. Itaque Lacapeno a Stephano filio Imperio abrogatur, rursusque in monasterium includitur. Mox obortis inter fratres similitudibus, mutuis odiis, Imperio dejecti fuerunt. Cedrenus.

Hieronymo Riaro Foroliviensium praefecto, ob tyrannidem occupatam a Francisco Urlo cive nobilissimo interfecto: Catharina Hieronymi uxor cum liberis custodia tradita, furenti multitudini subtrahitur, ut per eam recipi arcem liceret, valido militum praesidio occupatam, negabant se arcem tradituros, ni sibi ab ea imperatum esset. Id illa se facturam recepit, si sibi in arcem ingredi, & cum militibus colloqui liceret; liberis obsequio loco relicto. Qua re impetrata, jam e tuto loco conjuratos compellendo, arma ponere jubet, & nisi pareant, gravissima supplicia illis denunciat. Conjurati expectatione sua frustrati, se liberos ex cruciatos in ejus conspectu interfecturos minabantur. At illa, ut sibi liberos haberent, respondit sibi a natura ita profectum esse, ut amissorum liberorum jacturam facille refaceret. Interea Ludovicus Sforcia Mediolanensem principis patris illi auxilia misit. Conjurati relicta urbe se in Tiferentes receperunt. Catharina amissum viri morte principatum consilio, & audacia recuperavit. Brutus l. 8. lib. 1. Flor.

CONFIRMANDO. STABILIBENDO.

Cum Moyses in desertis ad montem Sina populo jus redderet sedens, eique populus a mane ad vesperam afflaret: Iethro focer ejus, Madianitarum Pontifex, qui ad Moysen officium caussa venerat, cum monuit, ut cum solus tot negotiis sufficere non posset, eligeret ex omni populo viros fortes, pios, fideles, avaritiae inimicos, quos tribunos faceret, centuriones, decuriones, qui populo jus dicerent: res graviores ad Moysen deferrent, qui Dei oraculis tantum vacaret. Socii consilium secutus Moyses est, cumque in patriam dimisit. Exod. 18.

Cum Aaroni sacerdotium tumultuose a populo abrogaretur, ut motus ille saevientis multitudinis, qui in horas gliscibat, cohiberetur, nec frater temere spoliaretur sacerdotio. Moyses disquisitionem rei non ad multitudinis studium, cuius proprium est nihil sapere, sed ad numinis voluntatem relegavit. Cujus asseculat dignitas est fratri stabilita, & competitorum G impietas graviter est vindicata.

Semiramis, defuncto Nino marito Assyriorum rege, cum sub muliebri Imperio tot ferocissimas gentes diutius quieturas haud crederet: filio autem Nino summam rei tradere, qui se sibi quidem per aetatem saperet, parum tutum arbitraretur: inditum ad id tempus facinus commenta est: filium pro matre affimulat, ipsa filii personam mentita, adolecentem agit. Erant amborum lineamenta tam indidreata statura, ad haec, & vocis sonus, ceteraque ita sibi respondentia, ut celato sexu nullum esset inter matrem, & filium discrimen. Ulmas igitur Semiramis, ac caeterum corpus novo occultis amictu, exornatque caput tiara, proposito edicto, ut eodem vestium cultu (neque inde suspicio oriretur) vulgo Assyrii uterentur. Sab. l. 1. En. 1.

Ninus Assyriorum rex, ad securitatem Imperii, ut a subditis timeretur, annuatim certum militum indicebat numerum, ac eorum duces singulis provinciis imperabat. Exercitus cum extra urbem convenisset, duces cuique nationi prudentissimum eorum, qui secum erant, constituebat. Acto non copias remissio domum priori milite, rursus a provinciis petebat. Quo fiebat, ut & subditi promptius imperata facerent, cum semper H dte alienaretur, una in primis cura haberet Venetorum animis: eratque nonnulli res in curia agitata, ut regina Venetias accerseretur. Detulit ad id negotium obundum ultro suam principem, & patribus operam Georgius Cornelius, reginae frater. Qui mari paratam thaliburnica in Dalmatiam navi delata, inde cum Francisco Priulo praefecto classis, & aliquot tritremibus, Ionium mare, Creticum, Caepathium, & Pamphylium demum cernens, cum paucis insulam advagavit. Ducentis circiter millibus passuum tota classe, & classis praefecto post se relicto citra omnem insulanorum motum, regnum nihil invitum, nihil resistens, simulata agritudine, in tritremem ad se visendum illecebam, secum Venetias advexit. Ea mortua, mortuo item posthumo, Cyprus Venetis cessit. Sab. l. 8. En. 10.

Jacobus Cypri rex, nothos, Catharinam Corneliham Venetam, a Senatu Veneto adoptione receptam, moriens gravidam reliquerat, regnumque cum posthumo heredem. Prole extincta, ne insula nobilissima fraude aliqua externa, domesticatimor militum sub dio agendum immineret, & si qui forte deesset, timore poena quamprimum dicto parentes essent. Annuum vero militum mutationem ad id conferre existimavit, ut parva temporis consuetudine nulla inter eos amicitia contraeque duces, neque ceteri adversus regem conspirarent. Diutina enim militia tum milites robustiores, tum duces prudentiores solet efficere: quae res saepius magnas facultates ad defendendum a principibus praebuit. Ipse reclusus in regia, conspectum hominum consulo vitabat. Vita enim principis exterioribus ignota, voluptates eorum occultas reddidit, & tanquam invisibilem Deum ne verbo quidem quis blasphemare principem praetere auderet. Diad. l. 2. c. 6.

Postquam Cyrus devicto Artaxage avo regnum Medorum a Persas transfudit, Artembares Persa (cujus postea filius Artaxates sub Xerxe praetor Cherfonech Thraciae fuit) suadebat popularibus suis, ut ex Perside, regione angusta, & aspera, in fertiliore

liorem, & planiorem aliam migrarent. Cyrus eo audio, non impedit, tantum monuit, ut se posthac prepararent non ad imperandum alius amplius, sed ad parendum. Natura enim comparatum esset, ut e mollibus regionibus molles viri existant, neve ex eadem terra admiranda fruges, & egregii bello viri gignantur. Hac Cyri sententia Persa persuasi, praepararunt exile solum incolendo impare alius, quam fertile, & campestre alius fervire. Herod. l. 9.

Ochus, Artoserxe patre suo vita defuncto, cum sciret patrem superstitem adhuc formidabilem subditis existisse, se vero post ejus obitum pro nihilo habitum iri: cum eunuchis, eunuchis, & chiliarcho pactum iniit, ac mortem ad decem menses celavit. Interea temporis regium sigillum circummittens, nomine parentis edixit, ut Ochum regem salutarerent, & obedientiam praestarent, tum demum confectus est patris mortem. Polyanus l. 7.

Theopompus Spartanorum rex passus est Ephorum eligi magistratum adversus oligarchiam a Lycurgo constitutam. Cum eam ob causam ab uxore accusaretur, quod regnum liberis esset multo imbecillius traditurus, quam ipse a majoribus accepisset? Sed stabilis, inquit, & magis diuturnum. Plut. in Lycurgo.

Ephorum, & senum in Spartana repub. summa erat auctoritas, ex quibus superiorum annuum tantum magistratus est, senes perpetuo eo honore fruantur, instituti ad licentiam refrandam regum. Unde contentionem semper cum iis, & disensionem jam inde antiquitus reges cum regno hereditariam accipiebant. Agesilaus vero Archidami F. regnum assuevit, alia incesit via, omissoque cum illis certamine, & offensione, observat eos, omnem ab his actionem auspicans. Si accerferetur, ocyus quam gradu properabat. Quoties in regio solio sedebat, & responda dabat, superveniens sursum agebat Ephoris. Ut quisque lectus in senatum fuit, semper ei laetiam, & bovem donabat. Ex his, dum revereri, & extollere majestatem videtur illorum magistratus, clam opes suas agebat, ac regno amplitudinem adiciebat ex illorum erga se benevolentia permissam. Cum reliquis civibus ita se gessit, ut inculpator inimicus quam amicus esset. Inimicos enim non ledere in iuste, amicis erat praestito in rebus etiam iniquis. Atque inimicis, si quid recte gessissent, erubescere honorem non habere: amicos corripere in peccatis non sustinebat: immo vero gloriabatur, his cum succurreret, & operabatur, in delinquendo. Obsequium enim in amicos ducere turpe nullum. Adversariorum rursus vel offendendum primus vicem dolendo, & si rogaretur, enixe fovendo, alliciebat, & demercedat omnes. Quod cum Ephori notarent, timentes illius potentiam, multam ei irrogaverunt, adjecta causa, quod communes cives redderet proprios suos. Plut. in Agesilaus.

Fraterem Ptolemaus Philopator Magan, qui per matrem apud milites pollebat, formidans, Cleomenem Spartanum exulem ascrivit, atque arcans adhibuit consiliis, deliberans fratrem de medio tollere. Ceterum Cleomenes, licet assentientibus omnibus deterruit eum, plures ferens, si fieri posset, gignendos regi fratres esse, ad regni securitatem, & perpetuitatem. Plut. in Cleomene.

Alexander Magnus Parthiam petens, cum in otio ageret, primum vestem barbaricam sumpserat, ut adcommodaret se incolarum moribus, multum exultans valiturum ad manifestandis homines, si consuetudinem, & patrios mores eorum usurparet: an tentare hac re Macedonas, atque ad adorandum se traduceret, morumque patriorum ferre conversionem, & transitum in alienos voluit assuefacere. Habitum Medicum tamen, quod proprus barbaricus esset, & alienus, repudiavit: nec anaxyridas, vel candyn, tiamve sumpfit, sed medium inter Perficum, & Medicum scite temperavit, minus hoc tumidum, & insolentem illo. Usurpavit cum primam agens eum barbaris, ac sub recto cum amicis: deinde eo cultu prodit in publicum: ac cum vacaret postulationibus, conspiciendum ita dedit se omnibus. Erat acerbum id Macedonibus spectaculum: sed miraculo ducti reliquae ejus virtutes, quaedam putabant Hibidini, & gloriae concedenda ejus. Barbarorum mores cum institutis commisit: Macedonicis, temperata, & communione stabiliorum firmis se per benevolentiam Imperium existimans, quam vi, cum procul abcederet. Itaque triginta millia delectorum puerorum literis Graecis imbutis, ac Macedonicis institutis armis curavit: quibus praepo fuit multos praecceptores. Atque Roxanes quidem nuptias conciliavit amore: cujus eum species, & forma aliquando inter pocula cepit: non alienae praecentibus negotiis habitae sunt tamen: quippe harum fodere nu-

piarum exerentur se barbati, miroque amore sunt Alexandrum prosecuti: quod qui effect in his continentissimus, ne eam quidem, cui succubuit, uni attingere mulierem nisi legitime, sustinuerit. Plut. in Alex.

Servius Tullus Rom. rex, Amphidionis filii Heleni exemplum secutus, qui in terra Graecia Amphidionicum invenit institutum, legibus, praeter proprias ejusque urbis, constitutis, qua omnibus communes essent, ut his conjunctis inter se, amabiliusque agerent (qui mox postea in Asiam translatus, causam Jonibus praebuit, Ephesia Dianae templum magnificentissimo apparatu construendi, & Doribus in Epitropio Apollinis) ut sibi, Romanoque nomini, Latinorum animos adjungeret, auctor exitit universo Latio, ut cum Romanis templum Dianae in Aventino extruerent. Ea tacita erat confessio, summan, & caput Imperii Romae esse. Nundinarum celebratioque ad eum locum habenda, leges aeneae basiliscripsit. Dionysius, auctor est ad aetatem usque suam eam perdurasse, literarum figuris inculpat, quibus verus Graeciae olim fuit usa: manifeste veris perulosis argumentis Romanos a principio Graecis fuisse literis usos. Sab. l. 4. Enn. 2.

L. Q. Cincinnati utile consilium semel datum saepe tempus. Rom. in maximis periculis servavit. Nam cum plebes elata Tribunorum numerum duplicari vellet, eique Appius consul acerimie resisteret: tum Cincinnatus consilio cum paucis communicato. Annue, inquit: nam quod iudicio erunt Tribuni, eo debilius futura est uniuscujusque potentia, cum unius intercessio potentiam omnium frangeret, ac retardaret. Plebs autem non intellexit se deceptam, sed veluti pro maximo beneficio Senatui gratias egit. Plut.

Veius Camillo captis, legem ferebant Tribuni, ut plebs, & senatus dividerentur, pars Romae remaneret, in captam urbem pars, cui obvenerit forte, transmigraret. Ita fore opulentiores, qui magnis duabus, & ornatis uribus, simulque agris essent, & reliquis opibus fruiuntur. Plebs, quae admodum iam aucta erat, & locupletata, adiones eas approbavit tribunorum, neque desistebat tumultuari in concionibus, postulans, ut in sustigiam mitteretur. At senatus cum optimatibus non populi divisionem tribunos, sed eyerionem moliri iustus Romae existimans, Camilli anxius implorat opem. Ille certamen formidans, moras plebi, impedimenta, quibus de die in diem retererent, rogationem, ne dedit. Atque hac quidem re offendit vulgus, sed Imperii majestati consuluit. Plut. in Camillo.

Primis Imperii Rom. temporibus, Romani subactis bello gentibus, colonias in earum agris deducebant, partim ut veteranis praemia tribuerent, partim ut praesidium haberent: quo cum usus ferret, vel rebellium, vel finitimum impetus propulserent: quae idcirco militares coloniae dicebantur. Nam sic quoque Pompejus Latus veterem consuetudinem fuisse scribit, quaeque ab Imp. Constantino repetitam, ut Ducibus, Praefectis, & Tribunis, qui pro augendo Imperio consenserant, darentur agris, villaque ut necessaria suppeterent, quoad viverent: quas parochias vocabant. Hotom. disp. de Feudis cap. 2. in Plut. Appiano, Patriculo, Hygino, & Flacco.

M. Cato major, cum missus esset Carthaginem ad inspicandas inter eam urbem, & Masinissam Numidiae regem belli causas: & videret urbem Carthaginensem juvenutis sobole florentem, magna assuetum opulenta, omni genere armorum, & apparatu bellico refertam: propter domum reverfus, de periculo ipsi imminenti senatum docuit, & omnino Carthaginem delendam censuit. Nec enim superiores clades, & vulnera tantum Carthaginensibus virum, quantum imprudentia detraaxerat: prope esse, ut non infirmiores eos, sed expartiores ad bellum faciendum reddiderit. Contra P. Scipio Nafica dictus, perpetuo pro sententia dicebat: Censeo Carthaginem relinquentiam. Multa enim cum populum proccacitate videret admittentem, & ob secundum rerum cursum, atque ferociam senatus minus obsecrarent, totaque temp. ob nimiam potentiam, quo nutu vergeret secum trahentem, volebat hunc certe timorem pro freno moderatorum contumaciae iniectionem multitudinis: minus censens pollere Carthaginenses, quam ut superarent Romanos, & plus, quam ut contemnerentur. Sed vicit Catonis sententia, qua tertium, & supremum bellum Punicum suscitavit. Plut. in Catone.

P. Scipio Africanus posterior, Censor, cum iustri condere, inque solito sacrificio scriba ex publicis tabulis, solemnem ejus precationis carmine, praerit, quod di immortales, ut P. R. rex meliores, amplioreque facerent, rogabatur. Satis, inquit, donec ac magna sunt, ita praecor, ut eas perpetuo incolentes fervent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmine emendari iussit.

justit. Qua votorum veterundia deinceps Censores in condendis iustri tui funt. Prudentem enim sentit, tunc in metemotum Romano imperio petendum fuisse, cum intra septimum lapidem triumphum querebantur. Majorem autem totius terrarum orbis partem possidentur, ut avidum esset, quicquam ultra appetere: ita abunde felix, si nihil ex eo, quod obtinebat, amitteret. Val. l. 4. c. 1.

Alexander Hierofolymorum rex pressus aegritudine, scelestumque suorum confusus, cum se avarae, crudelitique in populo grafiatum esse sciret, liberisque Hircano, & Aristobulo timeret, ne post suum obitum regno a popularibus pellerentur: vocatam ad se Alexandram uxorem monuit, ut animam cum ipse egisset, Phariforum beneyolentiam impetrare poterat, confellum cadaver in publicum efferendum curaret: convocatisque illis civibus, in eum prius invecta, quod injultus, rapax, & impius, nefarius, perditissimus omnium fuisset: inde quasi illo rum laveret vindictae, palam diceret, se tradere Alexandrum jam defunctum dilaniandum civibus, ut quam in vivum nequisissent, in mortuum saltem iram exercent. Prudentissimum sane tyranni consilium. Alexandra enim cum hoc egisset, & per Pharifos populo liberos commendasset, ut innocentes, & impuberes, & nihil mali meritosita universa multitudine animum movit, ut non solum liberis, regnoque salubriter consuluerit, verum mariti etiam funeribus. Siquidem civis hac tanquam liberalitate, iustoque iudicio delimiti, Pharifas etiam eum severum quidem, ad iustum, & fortem regem commendantibus, regio more iusta Alexandro perolvere. Pontanus l. 5. c. 1. & Josephi l. 13. c. 23. & 14. Antiq.

Augustus, cum multorum peteretur infidiis, de omnibus se illi severe vindicavit: nec tamen poena deterebant alios, Animadvertit in Salvidienum, secutus est Lepidus Triumvir filius. Hoc submoto, exiit L. Murena, post Murenam Servilius Caeptio, mox Ignatius: ut servos, & de plebe homines taceam idem auos. Postremo Lucius Tinnia sacrificantem Caesarem adoriti statuerat, & ad aras ceu victimam quendam immolare. Delatum est ad Caesarem indicium. Qui mox tulle admodum, & anxius, quod ad verum se conjuraciones nullis terminis cohiberentur, decrevit, quod quodquidem nihil haecenus severitate profecerat, iam viam tentare, Cinna ad se de vocato, quae compertisset, ostendit, tacenti: & manifeste suum scelus latenti. Ergo vitam, fortunam, dignitatem, & alia in civitate praecleara dixit se donare, ut ex eo die inciperet inter eos amicitia. Cinna deinde per totam vitam amicissimum, fidelissimumque semper est expertus, a quo & haeres est moriens relictus: nec ab ullo deinceps alio infidiis appetitus est. Qua clementia, mirum dictu, quanteper & studia sibi publica adjunxit, & dicti audientes habueri, quotquot erant in tanto Imperio, nec ullorum erga se majorem claritatem sensit, quam eorum, quos servarat, quos fecerat sibi ex hostibus amicos, Domitios, Messalas, Afmos, Cicerones, Coecceos, Sallustios, Duellios: denique quantumcumque erat floris in tam florenti civitate. Lud. Vives de Concordia, & discord. libr. 3. Zonaras hoc consilium Augusto a Livia conjuge datum auctor est.

Fuit Alexander Severus Mæssa avia impulsu ab Heliogabalo adoptatus. Videbat prudens anus fedissimum nepotis Imperium diuturnum esse non posse. Ne igitur eo sublato in primum vitam statum relaberetur, cum eo egit, ut quando sacris, & prophanis curis impar unus esset, confobrimum fratrem adoptaret, qui per aetatem alterutri esset cura jam propemodum idoneus, aut certe non multo post futurus. Eam prudens anus D praerexit causam, cum de Imperio esset primis sollicita, ne in alios transferretur. Caesar itaque appellatus, continuo omnium favore, & studio in se vertit: quo contigit, ut post Heliogabali eadem consellum sit in castris Imperator salutatus. Sab. l. 6. Enn. 7.

Alexander Severus Augustus, matre Mammasa parum probante, uxore etiam gravius ferente, quod populariter vel nimia uteretur, praecipue vero quod ab amicis se, atque familiaribus corrigi facile pateretur, ac si quid parum pro dignitate ab eo factum argueretur, illud consellum ad arguentis sententiam emendaret: qua ex re Imperatoriam majestatem non immiueret modo, verum contempibilem eam concessione illa sua redderet: Quin mercede, inquit, securiorum, magisque, ac magis stabilem, ac longè amplius gentibus acceptam. Eras. in apoph. ex Lampyridia.

Diocletianus Imp. nuncio est Gallia accepto, Amandum, & Ailianum rusticos, intolerandis Callia Caesaris iniuriis exacerbatos, ad arma sollicitasse, ac Bacaudarum nomine eis

imposito effuse provinciam populari: collegam sibi imperii, tanquam publici laboris participem, qui rem in Occidente adeministraret, ascrivit Aur. Maximianum, virum strenuum, ac veterem sibi militiae focium, eoque nomine praeceteris sibi probatum, apud Sirmium in Pannonia ortum: eumque Caesarem primum, deinde Augustum appellavit. Quo facto rem in primis memorabilem edidit, quippe imperium cum eo in vivo tanquam cum alieno communicavit, sive tanquam cum fratre consorte divisit, ac Maximiano provincias ad Occidentem vergentes, Italiam, Africam, Galliam, Hispaniam, & Britanniam tradidit, reliquis ad Orientem pertinentibus sibi retentis: ac Roma communi sede relicta, ipse sibi Nicomediam in Bithynia depoposcit. Ab his maxima, memorabilique concordia, tanquam a duobus conjunctissimis fratribus, re publica domi, forisque administrata: & imperium cum multis praeclearis institutis, ac legibus temperatum, tum ab sevis ingruentium undique bellorum, ac seditionum tempestatibus, industriè, fortiterque per xx. an defensionem est. Sigonius l. 1. Imp. occid.

Arcadius Orientis Imp. jam moriturus, quanquam aliàs minime ingeniosus erat, salutare tamen consilium iniit, quo sive de procerum suorum sententia, seu divino impulsu spiritu, & testamentum condidit, in quo haeredem filium instituit: tutorem vero illius, Isidorem Perfarum regem. Isidergens fidem Arcadii minime spernens, & pacem cum Romanis servavit, & imperium Theodosio custodit, misto ad regis institutionem Antiocho eunuchorum principe. Cusp. in.

Imperator Michael Balbus, sibi, suisque posteris firmum, & stabile aitu paraturus regnum, uxore mortua, simulans se vitam viduum amplecti, occulte cum principibus senatus rem composuit, ut ii sibi alterius uxoris ducenda auctores essent, ac nisi pateretur non venire, ut ipsi Imperatori subditis, uxores eorum domina, atque imperatrice carerent. Itaque fictis eorum sermonibus cedens, subditos manu sua ipsi se obligare mandavit, Imperatoris uxorem, & quos esset ea editura liberos, imperatoris se fec honoribus affecturos. Cedrens.

Constantinus Ducas Imp. moriens, relictis tribus filiis impuberibus, Eudociam uxorem suam Augustam illis, & Imperio praefecit, juramentum tamen ab ea exegit, ad secundas nuptias non transituram. Quod Patriarcha sua subscriptione boravit. Verum quia Barbari Orientem infestabant, multis clamantibus, Imperatore opus esse ad haec conficienda negotia: ne una cum pueris regno excideret, Romanum Diogenem, duceum fortissimum, ob affectatam tyrannidem carceri inclusum, abolvit, & in patriam Cappadociam ablegavit. Mox revocatum, magistrum, & praetorem constituit, Imperatorem potius appellandum censens, ut virum se dignissimum. Sed obstabat juramentum, & scriptio, quae penes Patriarcham aservabatur. Quam ut extorqueret, Eunucho internuncio, simulat apud Patriarcham, se amore Bardae nepotis illius teneri verum obitare chirographum, illud si reddat, & a juramento absolvat, statim se nepoti ejus tradituram imperii potestatem. Patriarcha deceptus muliebribus dolis, omnia pollicitus est. Accepto igitur chirographo, Regina Diogenem sibi maritum conjunxit, praeter omnium opinionem, eumque Imperatorem salutavit. Cusp. in.

Jo. Orphanotrophus, Imper. Michaelis Paphlagionis frater, pontificatus cupiditate flagrans, quosdam ex primariis sacerdotibus sibi conciliavit, quicquid pollicebantur, se loco moturos Alexium Patriarcham, ut qui non communibus suffragiis, sed Imperatoris auctoritate creatus esset. Ille vero, si, inquit, contra canones me Patriarcham esse factum asseratis, etiam, qui a me electi sunt, loco moveantur. Id responsum effecit, ut Orphanotrophus impositos voti redderet. Zonaras.

Odoacer Herulorum rex, Italiae regno potitus, in primis Gothos, qui in Italiae erant jam pridem ad Valentiniano III. adversis terrores Hunnicos advocati, ad studium suum convertertenter agrorum parte, quam promissam ab Oreste (qui caso Nepote Imp. filium suum Monylum Augustum fecerat) obtinere non potuerant, per soluta. Italiae nova tributa ad propulandos externos hostes imposita. Romani senatus auctoritas, & Consulium dignitas ad feroces contondendos spiritus adempta: reliquis in rebus vetera recipi, instituta, & magistratus jura, nominatim retenta: Ecclesiis, atque Episcopis sibus honor servatus. Ennico Gothorum regi pars Galliae ab Alpibus ad Rhodanum, quae hucusque Romanorum in potestate fuerat, pacis habendae causa remissa; & cum Gundobado rege Burgundionum



**A** solvitur. Epaminondas, cum & deliquit se, & adversus reip. Imperium, quos absolvi placuit, secum delinisse faceret, nihil se animadversionem morari, ac diffingere pronuntiavit, minime de vita sollicitus, modo certe in memoriam aliorum, quæ tanta & innumera beneficia reip. Thebanorum contulisset, hujus argumenti epitaphium tumulo inscribi vellent. Hic jacere, quem, ubi hostes Lacedæmonios ad Leuctras ingenti, & memorabili prælio fudit, fugavitque: cives suos, non solum suis legibus uterentur, servitute liberavit: ipsi sui cives, dum suis jam nimium legibus abutuntur, & dum legitimum iudicant, iniquissimè occiderunt. Tanta proinde cepit omnium animos indignatio, perpetuæque in posteros metus ignominie, tanta etiam viri admiratio, ut jus æquo & bono, lex gratæ & honesto cesserit. *P. Ærodius ex Xenophonte lib. 7. verum Græcarum: Cicero in lib. 1. de Inventione: Appiano in Syriaco: & Plut. in Epaminonda, & Plut. in Apoph.*

**B** Scipionis Africano diem ad populum M. Nævium tribunus plebis, aut (ut quidam memorant) duo Petilii dixerant. Is ingenti frequentia in forum deductus rostra conscendit, capitique suo corona triumphali imposta: Hac ego (inquit) Quirites, die, Carthaginem, magna sperantem, leges nostras accipere jussi: proinde æquum est, vos mecum ire in Capitolium supplicatum. Speciosissimam deinde ejus vocem æquè clarus eventus secutus est. Siquidem & Senatum totum, & universum equestrem ordinem, & cunctam plebem, Jovis optimi maximi pulvinaria petens, comitem habuit. Restabat, ut tribunus apud populum sine populo ageret, desertusque, in foro cum magno calumnix suæ ludibrio solus mœraret: cujus devitandi ruboris causa in Capitolium processit, de quo accusator Scipionis venerator est factus. *Val. Max. lib. 3. c. 7. & Plut. in Rom. apoph.*

Hannibal à Duillio consule navali prælio victus, timensque classis amissæ pecnas dare, priusquam clavis nunciis domum perveniret, quendam ex amicis compositum, & ornatum, Carthaginem misit, qui postquam civitatis ejus curiam intravit: Consulit (inquit) vos Hannibal, cum dum Romanorum magnas secum maritimas trahens copias adveniret: an cum eo confingere debeat? Acclamavit universus Senatus, debere, oportere. Tum ille: Consiitit (inquit) & superatus est. Ita liberum his non reliquit id factum damnare, quod ipsi fieri debuissent judicaverant. *Val. lib. 7. c. 3. Inhiatantes.*

**C** Leptines Lacedæmonie profectus, navem ad Tarentum subduxit. Expositis navitis, Tarentini nullam his quidem injuriam, aut vim attulerunt, ob eam causam, quod essent Lacedæmonii: Leptinem verò inquirebant, ut eum comprehenderent. Ille abjectis suis vestimentis, acceptis vasis, & lignorum onere sublato, conscendit navim, funeque reflecto, navigium deduxit, & navis admantibus receptis, ad Dionysium navigavit. *Polyænus lib. 5.*

**D** Themistocles Græcia pulsus, ad regem properans, ubi Cummam Æolix venit, multosque sensit rei maritimæ præfectos insidias ad se capiendum tendere, præcipue Ergotclem, & Pythodorum (erat enim præda optima: quod præmium rex in caput ejus ducenta talenta pronuntiasset) Ægas Æolicum oppidulum effugit, nulli extra hospitem Nicogenem notus. Erat Æolium hic locupletiss. & princip. qui circa regem erant, familiaris. Apud eum paucos delituit dies. Inde à cœna sacrificio facto, magister liberorum Nicogenis Olbii, mente motus, lymphatufque, exclamavit hunc verbum:

*Noti consilium, vocem da, vidioriamque.*  
Hinc sopitus Themistocles vidit in somnis draconem ventrem suum circumjectum, & arcepentem collo: ubi faciem atrigit verum in aquilam, & complexum se alis sustulisse, longamque viam avexisse: denique in aureo caduceo, quod se obtulit, securè statuisse, immenso pavore, & terrore exemptum. Mittitur igitur ab Nicogene, qui rem est hujusmodi fabricatus. Quia nationes barbaræ ferè & præter cæteras Persica amulatione erga mulieres asperæ natura sunt, & atroces: neque enim uxores solum, sed ancillas quoque empticias, & pellices anxia sepiunt custodia, ne à quo non domestico conspiciantur, verum domi degant conclusa: per viam undique septæ in tentorio vehuntur curribus. Tali Themistocles reclusus vehiculo delatus est. Comites ejus obviis, & percunctantibus responderunt, Græcam mulierem se ab Æonia ad quendam regis admissionallem a gere. *Plutarchus in Themist.*

Demetrius Phalereus, cum se à Thraciæ rege interceptum, captum iri cerneret, semetipsum in currum stramine onustum

abdens, in finitimam regionem salvus, & incolumis venit. *Polyænus lib. 3.*

**E** Hyperbolus homo seditiosissimus, Athenis plebem concionibus suis ita demontabat, ut Niciam & Alcibiadem factionum principes, octracismi lege in exilium pulsuros, & ipse alterutrum locum occupaturus videretur. Alcibiades, & Nicias animadversus ejus noquitia, utramque factionem confuderunt in unum, itaque effecerunt: ut neuter ipsorum, sed Hyperbolus in exilium eieceretur. *Plut. in Nicia.*

Bemundus Roberti Guiscardi F. Antiochiæ Calosyriæ bello Sacro capta princeps, rediturus in Italiam, veritus, ne in transitu ab Alexii Comneni Imp. præsidibus captivus abduceretur, seipsum mortuum fingit, & præcipit famulis, uti se mortuum prædicarent. Itaque pax data funeri. *Cusp.*

Henricus, Henrici Leonis Saxoniz ducis F. ex sacra expeditione per Græciam, & Ungariam rediit incolumis, specie monoculi, emplastro super alterum oculum imposito, quo ignotus transiit: & profuit illi dolus. *Crantzius libro 7. F. Metrop. cap. 13.*

**F** Ferdinandus II. Neapolitanorum rex, planè inclinatissimus rebus suis, suspicatus Germanos, qui in arcis Neapolitanæ præsidio erant, de se capiendum cogitare: repente consilium eis suppelilem, quæ in arce aservabatur, condonavit. Quam dum illi inter se partiantur, rex est custodia omnibus (Russiani princeps, comiteque Populini exceptis) regni proceribus, qui è paterna, avitæque immanitate supererant, emissis, ex arce, militari, subsidiarie porta egressus, trimesis, à quibus in portu expectabatur, unâ cum Federico patruo suo, reginæque olim avi Ferdinandi I. conjuge, & Joanna filia, descendit: ac paucis è suis comitatus, ad insulam Ischiam, quæ antiquè Ægaria fuit, quæque ab urbe Neapoli triginta milliaria distat, navigavit: identidem dum in conspectu Neapolim haberet, Vatis verum clarissima voce pronuntiavit, cujus ea est sententia: Frustra homines vigilare ad civitatis custodiam, quæ à Deo non custodiatur. *Guicciardi. l. 1.*

**G** *Hores.*  
*Horum exempla ex Stratagematis ex professo potenda.*

Xerxes contra Græcos exercitum ducente, quicumque libertatis studiosi erant Græci, in unum convenerunt, consilioque habito, visum est ante omnia missas faciendum pecunias debitas, & inimicitias cum privatis, tum publicas, auctore Themistocle. Erant autem cum alia aliorum bella, tum verò maximum inter Athenienses, & Æginetas. *Herod. l. 7.*

**H** ERIPERE, CAPERE, COMPREHENDERE, in VINCULA conicere.

Ephori Cinadonem insidias Agefilæ, atque Reip. Lacedæmoniorum sitrentem sic comprehendere. Convocatis omnibus senioribus, decreverunt Cinadonem cum quibusdam validis junioribus Aulonem mittere, ut Aulonitas quosdam cum Helotis in scytala descriptis comprehenderet, & Lacedæmonem adduceret: item & tres currus Cinadoni dari, ne custodia pedibus iter facere cogentur. Ita enim sine suspitione, ac sine tumultu, re cum iis ipsis, quos secum deduceret, ab Ephoris composita, extra urbem Cinadonem capi posse: de quo consiliis insidiarum interrogari. Itaque Cinadon in itinere à suis ipsis comibus comprehensus fuit, & consocios indicavit. Quorum nomina cum in urbem statim allata essent, jussi sunt apprehendi. Et habita quaestione, is, sociique, manibus post tergum revinctis, per civitatem undique tradidit. *P. Ærodius ex lib. 3. Xenoph. Polyænus l. 2.*

Cum belli Veientis septimo anno, æstate media, lacus Albanus mirum in modum intumuisse: coque miraculo Romani confestim essent: in ea occasione quidam Romanus familiaritatem contraxit cum Veiente quodam vate. Quem ubi vidit de lacus incremento exultantem, atque oblationem habentem ludibrio: Non id solum, inquit, prodigii hæc tempestate, sed longis hæcædiota sunt alia Romani facta portenta: de quibus ad ipsum ait se referre velia. Ut rebus suis consulere in communi calamitate valeat. Ille Romano promittit morem gerere, & sedulo sermones cum eo miscere, velle reus abditas audire. Dum abducitur inter consabulandum longius à porta, tum hominem Rom. prævalens viribus sublimum arripit, pluribusque ex statione accurrentibus caput, atque in potestatem redactum deducit ad Cos. *Plut. in Themist.*

**A** SERVITUTEM PRESENTEM PRUDENTER DEPELLERE: TUM RESIDENDUM.

Tempore Michaelis Comneni Palæologi Imperatoris, Joannes, notus Michaelis Epiti Despotæ, Sebastocrator, Novæ Patris obfidiōne cinctus à Joannes Despota fratre, & jam penè captus, observata noviluni obscurissima nocte, fure se de muro demisit, & cum alius transitus non pateret, clam in Græcorum castra lacris vestibus descendit: & ne agnosceretur, magna voce, & verbis ex parte barbaris, per tota castra velut amissum equum querentem, clamavit. Turba militans eum deridebat, & diceris exagibat. Cum castra pertransisset, ad monasteriolum profectus extra fines, à præposito quoque jumentis, & totidem famulis acceptis, in Atticam pervenit: ubi cum Athenarum duci magnam pecuniâ, & splendidas filiarum suarum nuptias promississet, accepit 500. delectos Athenienses, amplius stipendiis conductos. Quorum auxiliis Græcos securè delictos, venatibus; excurrentes profligavit. *Gregoras lib. 4. Ladislaus Boemorum, & Hungarorum rege defuncto, is erat inter patres Albertum, & Sigismundum, de portione Ladislai in Austria, quam Fridericus Cæsar occupaverat. Obfidebatur Cæsar Viennæ in arce cum Leonora conjuge, & Maximiliano filio, à civibus, & fratre suo Alberto. Ei Georgius Podiebradus Boemorum rex subsidia ad se tuendum submisit. Postquam verò eum prevalere vidit, milites suos revocavit: ispeque in Austriam cum octo millibus armatorum profectus, arte magis, quam virtus negotium confecit. Sepe quærit enim personam inter partes suscipiens, Cæsarem ad quolibet evocavit, atque ita eum cum uxore, & filio de colloquii obfidiōnem eripuit, & in tuto collocavit. Hujus opera precium 40. millia auri à Cæsare abstulit, & pro auctario, Victorino, Henrico, Hincconi, filiis Georgii, bonis principis habitus, delata ad eos principum dignitate. *Dub. l. 30.**

**B** O S I D I U M.

Romani cum Tyrrenis bellum gerentes, constituto federe, obfides eis dedierunt nobilissimorum virorum filias virginem. Quæ obfidum loco data erant, accesserunt ad fluvium Tyberim loturæ. Ex his una Cleælia reliquis omnes hortabatur, ut tunicas caræ capta religarent, & fluvii cursum ob profundos gurgites difficiliter transitu tranarent. Cum transissent, Romani virtutem quidem earum, & fortitudinem admirabantur, sed tamen eas Tyrrenis remisissent, ut religionem fœderum inviolatam conservarent. Porthena rex scitionem fœderum demeritum esse, quæ hujus facinoris eis auctor existit? Cleælia reliquis prævertens, consociatur. Porthena virilem admodum virginis animum admiratus, equum ei splendide ornatum dono dedit, omnesque virgines collaudatas Romanis remisit. *Polyænus l. 8.*

Constantinus Magnus etiamnum puer, cum à Galerio Imp. in urbe Roma religionis specie obfides teneretur, fugam arripens, ad frustriatim insequentes, publica jumenta, quæcumque iter ageret, interfecit, & tandem ad patrem in Britanniam pervenit: isdem diebus cum Constantium parentem fata ultima perurgerent. Patre verò mortuo, regnum Galliarum, Hispaniarumque, & Alpinum sibi testamento relictum, accepit. *Sextus Aurelius.*

Erant apud Anglos Ludovicus Andegavensium dux obfides pro Francis. Qui dum Calæi, quo ductus erat, à præfecto loci humaniter tractaretur, & aliquando animi causa venatum ire permitteretur, inter venationem longius à focis digressus, Bononiam celsi cursu se proripuit. *Polyænus l. 19.*

**C**LEMENS VII. à Cesaribus obfessus, longe carissimos, atque honestissimos ex familiaribus, qui secum erant, repræsentanda pecunie obfides fremetibus, depocentibusque Germanis, tradere coactus est. Hi fuerunt Joannes Maria Montanus Archiepiscopus, Episcopi verò Antonius Puccius Pistoriensis, & Joannes Mathæus Gibertus Veronensis. Hi paulò post in carcere, custodibus ex infortunata cœna crapula, multoque salerno compositis, catenas exuerunt, & per vaporarium foci tubum in summa Ajariz domus tecta extrahi fundas evaserunt: tanta felicitate, ut pedibus gressibusque, ab Urbinatis castra, quæ tunc erant in Umbria sinibus, confugerint. *Sab. sup. l. 10. ex Jovio.*

**C**ARCERIS, VINCULORUM, & CARCERIBUS PRUDENTER liberati.

Minyæ à Pelagis è Lemno eiectis, Lacedæmonem navigaverant. Spartani propter Argonatarum memoriam eos urbes, & agro donarunt, illorum opera contra llosas feliciter sunt usi. Ibi confestim repudiatis iis, quas in Lemno duxerant, uxoris, cum aliis matrimonia contraxerunt. Longo deinde interfecto tempore elati superbia, cum alia flagitiosa perpetrarunt, *L. B. Töcat. vit. Human. Tom. VI.*

tum regnum affectarunt. Quo nomine Lacedæmonii, cum morte multandos censuissent, comprehensos in carcere E coniecerunt. Quoscumque Lacedæmonii morte plectendos censent, eos noctu plectunt, interdum neminem. Cum ergo essent in illos animadversuri, exorati sunt ab eorum uxoris, quæ cives erant, & primorum Spartanorum filia, veniam ingrediendi carcerem, & cum suo cuiusque viro colloquendi, nullum in illis dolum esse suspicantes. Magistratus igitur permisso ingressæ carcerem, omni veste, quam gestabant, viris tradita, illorum vestem illa sumperunt. Ita Minyæ muliebri veste amicti, è carcere profuerunt, rursusque apud Tagedum confederunt. Hic cum llosas castellanos concirent, ad defectionem, & in agmen reciperent, ingenti percussu pavore Lacedæmonii, missis caduceatoribus hac lege cum eis factus fecerunt, ut receptis uxoris, pecuniæque accepta, & navibus facerentur, partoque alia regione agro, & urbe, pro Lacedæmoniorum colonis, & propinquis haberentur. *Herod. l. 4. Val. Max. l. 4. c. 6. Sab. l. 8. Ev. 2. Plut. de Virtut. Mul. Thucos, qui Lemnum, & Imbrum occupant ex feminis Atticis, quas Braurone rapuerant, Liberos susceperunt, & hos ab Atheniensibus cæptos, à Lacedæmonii susceptos, ab uxoris liberatos fuisse.*

Anaxagoras, Codrus, & Diodorus, compediibus vinctum Hegesiam, Ephesiorum tyrannum, interfecerunt. Philoxenus ab Alexandro rege profectus Joniæ, viros ab Ephesis postulavit: cumque non impetrasset, præsidium in urbem duxit, & hos tres viros per vim rapuit, ferreisque catenis ligatis in arcem Sardaniorum misit. Qui diu, multumque cruciati, seipos liberaverunt aceris Phisuria: cujus auxilio usi, vincula dissilarunt, & servilibus vestimentis induti, per noctem quasi servi è carcere egressi, fure, & vestimentis secundum longitudinem dissectis, ea connexerunt, seseque de moenibus demiserunt. Diodorus subito decidens ex alto, claudusque factus, in eo loco remanuit: captusque à Lydis, ad Alexandrum missus est, ut supplicium penderet. Cum autem Alexander Babylone summum diem obiisset, Ephesiam ad Perdiccam missus est, ut legum iudicium subiret. Anaxagoras verò, & Codrus, Athenas pervenerunt: & audita morte Alexandri, revertentes Ephesum, etiam fratrem suum Diodorum liberaverunt. *Polyænus lib. 6.*

Hegesistratus Elæus, captus à Lacedæmonis, & in vincula coniectus, rem fecit universæ posteritati commendabilem. Nam cum ferratis solcis vinctus esset, dimidium pedem præcidit, ut se compediibus illis eximeret: demum subruo muro periculum effugit, deceptis excubitoribus. *Herod. in Calliope.*

Amphitruus Acanthus, captus à piratis, in Lemnum deductus, in vinculis conservatur, prædombus magnam pecuniâ vim redemptitiam sperantibus. Ille à cibo abstinent, rubricam aqua salsa mixtam bibit. Cum igitur alvum vacuaret, prædones existimantes eum in sanguinis fluxum incidisse, vinculis solverunt, ne ob morbum è vita discederet, atque ita ipsis pecuniæ speratæ perierunt. Ille solutus noctu aufragit, conscensaque navi piscatoria, Acanthum pervenit. *Polyænus lib. 6.*

Aristomenes Messenius captus à Lacedæmonis, & in vincula coniectus, ad ignem se acclinauit: atque combustis vinculis solutus, custodes occidit. Clam inde Spartam ingressus, eorum scuta Chalciæ ci templo asignens, inscriptis: Aristomenes illatus à Lacedæmonis evasit. *Polyænus lib. 2.*

Idem, Amyclis direptis rediens, in Lacedæmonis incidit, factoque cum illis prælio, unâ cum quinquaginta de ejus prætoria cohorte captus, Spartam protractus est. Hos cum in Cædam altè dehiscentem locam, in quam maximis criminibus capite damnatos præcipites mittunt, abiecerunt censuissent, ceteri focii omnes perierunt: Aristomenes verò scutum sua concavitate aërem concipiens, molliorem fecit casum. Trium in imo specu commoratus, audito strepitu quodam, per sublustres tenebras vulpem vidit cadavera appertentem. Cogitans itaque per obfidiolum omnino aliquid bestiam illuc penetrasse, eam propius accedentem manu altera apprehendit, altera quoties se illa convertisset chlamydem mordicis prestandam obducibatur: trahendum verò se bellæ per in via præbebat. Vidit postremo cuniculum nihilo ampliorem, quàm inde possit vulpes evadere, per quem luminis se aliquid ostendebat. Per illum quadrupes, ut primis dimisit eâ, lustrum suum exvernulam manibus apertens in Eram ad suos tandem evasit. *Pausanias in Messenicis, & Polyænus lib. 2.*

Pytha uxor Seleuci, cum Callinicus ad Ancyrum à Gallis